

^{MI}
HIER. PAPHII
SAXOLENSIS,

De Resurrectione Libellus.

A D I L L V S T R I S S I M V M ,
AC REVERENDISSIMVM
D O M I N V M

I V L I V M A N T O N I V M S A N C T O R I V M ,
S. R. E. Cardinalem meritissimum,
de Sancta Seuerina nuncupatum,
Dominumq; colendiss.



BONONIAE, Apud Io. Rossium. M D L X X X V I I .
Cari.e Archiepisc. & S. Inquisit. concessu.



3

ILLVSTRISSIMO,
AC REVERENDISSIMO
DOMINO

IVLIOANTONIO SANCTORIO,
S. R. E. Cardinali Meritissimo,
Dominoq; Colendissimo.

HIERONYMVS PAPHIVS SAXOLENSIS,
Pr̄positus Fauentinus. I.V.D.
S. P. D.



V m de carnis resurrectione me
cum ipse saepius cogitasse, Il
lustriſſime Antilles, affir
mo, me inter omnia fidei no
ſtræ instituta hanc tanti fa
ciendam ſemper iudicaffe, ut
religioni defunctos eſſe, qui de

functos resurgere poſſe negant, existimauerim. Nec
hercule iniuste, cum iſti nihil aliud agere, quam aſſe
rere Christum naturam noſtram fruſtra aſſumpſiſſe;
et ſeuifſimos cruciatus, crudeliſſimamq; mortem ſine

A 2 cauſa

PSALMVS
DECIMVS QVINTVS.
TITVLVS.



TITVL I inscriptio ipsi Dauid . Titulos psalmorum esse veluti claves , per quas psalmorum intellectum aggredimur , tradunt diui Hieronymus , & Augustinus . Cæterum cum hic dicatur , Tituli inscriptio , & inscriptio idem sit , quod titulus , æquè est , ac si dixisset . Titulus tituli ipsi Dauid appositi . at cuius Dauid sit titulus , perquirendum est , & certe non esse Davidis filij Isai dicemus , sed illius Davidis , de quo

Ezech. 34. Ezechiel . *Et suscitabo super ea pastorem unū, qui pascat ea,*

seruū meū David, ipse pascet ea, & ipse erit eis in pastorem .

Idem . 37. Rursus . *Erunt mihi populus, & ego ero eis Deus, & seruus meus David Rex super eos, & pastor unus erit omniū eorū.* Quare autē de hoc secūdo Dauide , potius , quā de primo , intelligendū sit , hoc in causa est , quia legimus in hoc psalmo . *Non congregabo conuēticula eorū de sanguinibus . Et Tu es, qui restitues hæreditatē meā mihi , & illud . Quoniam non derelinques animā meā in inferno , nec dabis sanctū tuū videre corruptionem . Quorū omniū nihil omnino de Dauide Isai filio explanari potest . habemus autē regulā , quod quōd tiefscunq; incidimus in Psalmū , de Dauide loquētem , nec possunt omnia in psalmo illo cōtentā de Dauide verificari , & conuinci , psalmus ille ad literam de Christo exponendus est . Tum maximē , quia Petrus , & Paulus hunc psalmū de Christo interpretandū esse , magnifica dāt testi-*

titur David omnes partes argumentationis, & id, quod
ex toto psalmo confecit, argumentando breuiter expo-
nit, admirabile scilicet esse nomine Domini in vniuersa ter-
ra. Vel ad differentiam primi versiculi, in quo de terra,
quam Sol iste lustrat, & perficit, locutus est, dicamus
nunc Dauida loqui de terra viuentium, de regno coe-
lorum, in quo omnes Angelorum, & Sanctorum
multique ordines Christum verum Deum, & verum
bulli boni hominem venerantur, & tremunt, &
sanctum eius nomen admirantur,
ad quod nos perducat idem
Christus dominus no-
ster, qui cum Pa-
tre, & Spi-
ritu san-

&to
vivit in illo, & regnat in
secula saeculorum,
Amen.

Laus Deo, & Deiparae Virginis!

